



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rei Poenitentis Simplex Et Hymnis Confessio

Coloniae Vbiorm, 1645

CAP. XIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10133

tibi manus darem , atque ut imperio tuo has
duras cervices meas inflesterem ? Peccandi
consuetudo, quantam vim habes ! Animadver-
tebam , flagella illa ab iracundia tua prodire ;
neq; eam per pœnitentiam placare studebam.
Noveram, vindicari abs te peccata mea; neque
ea per confessionem removere properabam.
Peccati pœnam deprecabar ; peccandi volun-
tatem non deserebam. Corpus à morbo sanari
cupiebam ; &, animam ad æternum interitum
dari, non laborabam. Nam , cum jam morbus
fieret amplior, atq; ipsem intelligerem, quod
ab essem proprius à morte, (hei mihi, horret ani-
mus meminisse ,) malebam sine pœnitentia ex
hac vita discedere , quam cuiquam ex Sacerdo-
tibus, qui tum præsentes aderant , & à quibus
frequenter invisebar , peccata mea detegere.
Neque in tanta sacerdotum amicorum copia ,
mihi esse liberum putabam, alium, cui ego no-
tus non essem , ad me vocare ; quod verebar ,
ne aliquam , vitæ minus temperanter actæ , iis
suspicionem injicerem , apud quos probitatis
laude vigebam. Quamobrem , ne falso colle-
ctam existimationem amitterem , veram apud
te infamiam ac dedecus subire nō recusabam.

C A P. X I V.

C Vm igitur per hanc rationem existimatio-
ni meæ prospicerem , saluti animæ meæ
pessime consulebam. cum mea flagitia pauco-
rum notitiæ subtraherem , omnium Angelo-
rum atque hominum oculis acrius vehemen-
tiusque defigebam. In quo mirari mihi vehe-
menter contigit singularem, tum familiarium,
tum amicorum , negligentiam. Tantusne eos